difficultate movetur loquela turbatur et angustiatur et totum
prostratum est et stupidus et febricitat riget et male
dormit nihil appetit nauseat et evomit male assellat
et male urinat ¶ Postquam posita sunt signa fracture cranei
et paniculorum restat nunc ponere signa incisionis cerebri
Primum signum sumitur ab exeuntibus quod exit extra substantia quasi
globosa medullaris et non saniosa ut pus ¶ 2m signum est
quod apparent ideo si vulnus est in interioribus partibus capitis
et memoria si fuerit in posterioribus ¶ 3m signum est quod in
istis dicitur esse stupor et corruptio satis magna ¶ Sequitur
signa apostemati paniculorum. Primum signum est quod in eis causatur dolor
et eminet corpus rubeus et inflammatur paniculi et rubet
et non movetur motu dilatationis et compressionis ¶ 2m
signum quod oculi eorum rubent et inflammantur et a capite
egredi videtur mobilitatem et obliquationem ¶ 3m signum est
quod calor innaturalis est et ideo febricitant et inquietantur ¶ 4m
signum est quod virtutes alienantur et spasmantur et febrici-
tant et frenetizant ¶ Iudicia fracturis cranei sunt peri-
culosa ... per paniculorum et cerebri corruptionem hec
lesio est mortalis secundum ypocratem etiam si fuerit parva et ita experi-
galienus. Et ideo accidentia mala ut febres acute tremor
spasmus alienatio sincopis abscisio vocis egressio oculorum
tenebrositas rubedo et strombositas oculorum sunt ti-
morosa et mortalia. Propterea hoc bene si remaneat et
non remittantur ¶ Apuleius dicit et avicenna et in vulneribus
que pervenientibus ad paniculum cerebri accidit lateri in
latere vulneris et spasmus in opposito. Guillelmus de saliceto
et propter hoc dicit Guillelmus quod nervi qui veniunt ad partem dextram
radicati sunt in sinistra et e converso ¶ Rogerius periculum magis
in fractura ista cranei et accidentia mala exspectantur
usque ad centum dies ¶ 2m autem legistas et iudices ex-
spectantur usque ad 40 quod talis est ultimus terminus acutorum
Et secundum alios ut quatuor magistros tales exspectantur
usque ad 20 quod est gradus acutorum. Paulus ... amice
diligenter quod nigredo que apparet in dura matre si cum
mello ros. colato vel cum melle non mundificatur signum
mortis. Guido et rogerius videas bene quod si fractura
cranei fuit in plenilunio verenda est ... in soldatione
cranei apparitio carnis rubee bona ... in vulneribus
capitis timor parvus et sanatio bona dixit bonus ¶ Item
in vulneribus capitis timor magnus propter si curentur
et sine causa terribili nulla. Et cum fratres in fractura
cranei non faciant iudicium per pulsum de morte vel sa-
lute quod sepe erunt decepti. Sed faciant iudicium
per accidentia capitis scilicet quod incipiunt loqui unum pro alio et
pro certo hoc est signum mortis perdunt loquelam propterea non
intelligunt nec audiunt et multis confitentur et credatur hoc
quod verissimum est et expertus sum multotiens. Circa curam igitur
huius primo intendentes ... est corpus purgare ... est
dietam ordinare ... est ad localia et solutionem continui pervenire

ca cum accidit remouere. In primo ergo fiat flebotomia de parte
opposita si etas et virtus consentit. Et bene notes quod in istis
casibus et aliis primo videas si multus sanguis exiuit vel
non. Si multus in quantitate sanguis exiuit non fiat flebotomia de
parte opposita. Etiam videas si virtus fuerit fortis vel non. Si
fortis fiat flebotomia et etas consentit. Si debilis non fiat fleu
botomia sed apponantur ventose cum scarificatione. Deinde fiat
purgatio et debemus purgare cum pillulis aggregatiuis quia ipse
euacuant a capite quia in eis ingreditur yera et euacuant ab aliis
locis ratione aliarum medicinarum que ibi ingrediuntur. Dieta vero nutritiua sit
[illegible]. In rebus non naturalibus bene se habeat. Primo de cibis et potu
cibus sit boni chimi et pauce quantitatis ut sunt oua carnes
et alia similia. Iste ubi sit debilitas virtutis ubi non sit debi
litas aliquantulum comedat micam panis lotam in aqua aut far conditum
cum amigdalis aut panatellam sine carnibus et sic de aliis
donec sit securus ab apostemate. Potus sit aqua cocta cum ordeo
et zuccaro vel vinum limphatum valde et vtatur agresta et
vino granatorum et hoc totum sit donec sit securus ab apostemate.
Et summopere caueat a vino magno quia nihil est quod ita [illegible]
grauat caput et ita ducat materiam ad ipsum sicut vinum. Venter autem
in eis sit cum pillulis predictis et clisteribus et nulla repletio
sit donec etiam sit ab apostemate securus. Nullo modo habeat motum
sed quiescat in camera calida et respiciat summopere se ab
aere claro et lucido et frigido. Et ideo auctor dixit: Et studeat ut
frigus non nutriat sine inueniat velamen quia est malum et
timorosum. Et pauca super dixit. Et in huiusmodi quadam dispositione
primo in omni dispositione oportet ut vehementer caueatur frigus etc. [illegible]
quia in eo est timor magnus quia nihil peius est eo in istis
fracturis. In aliis rebus non naturalibus et corporis accidentibus bene
se habeat et honeste. Et summopere venter eius sit tenuis quantum est
possibile et sicut in primo. Et hoc est singulare preceptum et ideo
dixit auctor supra [illegible]. Tertia intentio completur per hunc modum:
primo cum tibi occurrit fractura cranei et fuit fluxus sanguinis
restringatur modo dicto supra in capitulo proprio. [illegible] expectet [illegible]
per duos dies vel tres et sic certus de fractura primo capilli
remoueantur cum rasorio et locus inungatur cum oleo rosato. Et
ideo sis certus de fractura cranei consideratis signis positis in principio capituli
ut sis certus et summopere caue ne multi dies transeant
unde auctor dixit: et oportet ut non tardetur illud in estate vltra
septem dies in hyeme vltra x dies et quanto citius velocius erit
melius et longinquius ab hoc ut accidant nocumenta magna.
Non tamen quod illa die qua fractura est facta non debes velle cra
neum remouere quia adderes dolorem super dolorem nihil peius et de maxime
contingentibus apostematum est dolor ut plurimum in de apostematibus est decla
ratum. Si secunda die aut tertia vel quarta operaris tunc incipe ubi
sis certus de fractura eius vel fissura. Et per hoc habeas
quando auctor [illegible] declaratum dicente cum ergo significatur necessitas
remouendi aliquid et incidendi illud aut extrahendi ipsum
tunc festinetur et non expectetur complementum generationis puris
in loco. Hoc completo fiant due fissure se secantes [illegible]
[illegible] i. crucialiter et secet una alteram secundum figuram
sectionis et oportet ut sit una duarum sectionum scissio prima
que fuit ex percussione. Verba hec sunt auctoris. Hoc 2o completo
eleues angulos ab osse sic quod totum os discooperiatur et
non incidatur iste angulus sed eleuentur. Et dixerunt multi
antiqui eleuentur [illegible] quod totum os corruptum videatur. Deinde
sub illis angulis ponas stupas balneatas in albumine sic
quod ipsi anguli eleuentur et ideo dixit auctor: et oportet ut excoriet
sub angulis [illegible] et discooperiatur os totum cuius [illegible]
debet fieri. Dicunt aliqui est verum quod in osse [illegible] semper
debeat fieri incisio secundum crucem siue ortogonaliter. Dico
quod non. Unde si percussio fuerit in superciliis [illegible] secundum crucem
non facias incisionem quia tunc incidentur musculi supercilii et
cadet quod esset turpe. Triangulum [illegible] in hoc autem facias
in talibus sicut consuetus sum ego facere. Deinde locis ligetis
ligatione conuenienti ad illud. Hoc 3o completo sequenti die si non

accidit aliquid quod impediat. Et incipe grauare
et remouere ipsum os et voluas ipsum infirmum et resupines
secundum figuram fracture. Unde si fractura fuit in fronte su
pines eum. Si fuit in latere dextro sinistres ipsum super latus
sinistrum et sic de aliis. Deinde opiles aures cum coto
vel lana ut non ledatur a voce. Et ideo dixit auctor: Ita
cum fuerit [illegible] si non accidit aliquid ex accidentibus malis
tunc oportet ut incipias grauare os fractum et illud etiam
quando oportet ut facias sedere infirmum aut supines ut supradictum est
secundum figuram fracture que contingit. Deinde opila aures cum
lana vel coto ut non ledatur ex sono. [illegible] stricto [illegible]
capite duobus ministris ut teneant eum [illegible]
Hoc toto completo videas si os fuit depressum et non separatum
a circumferentiis. Tunc remoueas partem depressam laborans
a circumferentiis ossis depressi sani perforando usque ad profundum
ita quod depressum eleues vel remoueas secundum quod tibi videtur.
Si autem cranium depressum fuit et separatum a circumferentiis
conatur aliquid remouere de sano cranio et mollificare de
presso cum oleo rosato ita quod per remotionem sani cranei et
per mollificationem leuiter sine dolore et sine distensione et vl
ceratione miringarum et neruorum possit pars depressa re
moueri a medico. Si autem pars depressa intrauerit cra
neum sanum aut pars illa que [illegible] est minor fractura
cranei aut maior. Si minor fuerit mollifica illas partes
minores cum oleo rosato et cum mollificata fuerit extrahe leuiter
et sine dolore et postea fiet ut diximus. Si autem pars de
pressa fuerit maior fractura remoueas de osse sano tantum
quod possis illas partes depressas post mollificationem olei
rosati leuiter et suauiter extrahere et remouere. In hiis
tamen debes considerare virtutem. Si virtus fuerit fortis et etas
consentit in uno die vel duobus fac opus tuum. Si virtus
fuerit debilis in tribus vel quatuor diebus opus tuum facias secundum
quod tibi videtur. Si os fuerit debile remoueas ipsum in inci
soriis et cum raspatoriis incipiens cum minoribus deinde
cum maioribus explicans tamen semper de parte sana. Et ideo dicit
auctor: Si os fuerit debile ex natura sui aut ex fractura
que accidit ei oportebit ut tu auferas ipsum cum incisoriis
ponendo quedam contra et incipiens ab eo quod est latius
fiat primum et ex eis ad incisoria subtiliora. Et notes
quod os semper debet remoueri in parte declinationis ut sanies melius
expiretur et ideo dicit auctor: et oportet ut fiat incisio ex loco
conuenientiori conuenientior quoniam est aggrauans ad opus quod estimas
quod virus currat ex eo melius. Et non debes totum os
corruptum remouere. Et ideo dixit auctor: et non conuenit
in omni fractura ut accipiatur os totum. Hoc non est possibile
i. conueniens in omni osse. Si autem caput fuerit forte perfo
rabis cum terebris maioribus deinde cum minoribus perforando
perforationibus multis unum prope aliud secundum circuitum
unius coste [illegible] quod volueris expellere de osse. Postea cum
incisoriis separa de una parte ad aliam quasi de uno foramine
ad aliud quousque fuerit os separatum et tunc ipsum cum eleua
torio eleua et ipsum cum digitis tuis [illegible] tenaculis extrahe
postea vero cum lenticulari et malleo omnes asperitates
applana. Et ideo dixit auctor: si caput fuerit forte in pluribus
ut perforetur cum terebris que nominantur non profundantes et sunt
perforatoria quibus est eminentia parum intra [illegible] ex loco acuto
corporis ut prohibeat ea illa eminentia profundare et pene
trare ad siphac. Hoc toto completo videas si asperitates
aliquas remanserint quod potes videre occulta [illegible] vel
[illegible] digitum tuum et ducas eum circumcirca et cum
digito sentires asperitates et tunc illas remoueas cum len
ticula vel cum alio raspatorio obtuso. Et ideo dicit auctor:
Tunc oportebit ut equales asperitates ossis que fuerint ex inci
sione et grauatione aut cum nouacula aut cum incisorio
que sunt acuti ensis. Et [illegible] nos remouere ipsum
os dixit hec [illegible]. Non oportet ut incidatur ex osse

nisi illud quod est infirmum. nam illud quod est ex eo quod continuum i. confusum est vehementer et ut auferatur totum in illo. aut ex quo extrinsecus fissure expressione plurima. nam illud quod accidit non est timendum ut consequeris fissuras usque ad finem carnis. Ista operatione manuali posita antequam ad alia deveniamus aliqua documenta volo recordari ut brevius in hoc memores vos faciam. Primum est quod non fiat operatio in eo in quo virtus est debilis quia secundum Ga. 2° aff. ubi in digestione non est laborandum i. debilitas virtutis. Secundum documentum quod antequam operatio committatur de periculo et prognostico testetur ut non currat sermones stolidorum. Tertium est ut in operatione illa fugiat quantum possit omnem contusionem timendum enim est de casu et lesione dure matris que illic alligatur et habet sensum et etiam a venis arteriis et nervis illic transeuntibus ut patet ex anatomia. Quartum est et non operetur ... se a plenilunio quia in eo cerebrum augmentatur et ad craneum approximatur ut dicit Ga. in de diebus creticis. Quintum quod dilatatio fiat in loco magis declivi quia talis est aptior ad expurgandum ut dicit Ga. 13° terapeutice. Sextum quia in dilatatione non consequatur finis fissurarum sufficiat enim secundum Ga. tantum auferre de osse quod sanies possit expurgari. Septimum est quod si os quod debet extrahi repugnet debet cum oleo rosato infundi ad hoc ut taliter mollificetur ut indolenter extrahatur. Octavum quod circa quo potens de operatione expediet maxime in compressione et punctione panniculorum quia ad illa continue consequuntur apostemata et accidentia mala et timorosa. Hoc toto completo debes habere syndonem de grana et in fundo ipsius mittas partes olei rosati et vini mellis rosati colati et fiat illud donec sit securus ab apostemate. Si tamen velles maiorem abstersionem tunc ponas cum vino partem olei et tertiam mellis. et hoc ubi non sit dolor. Ubi tamen in processu ... operationis videris telam fore nigram quia dura mater mixto humoris alicuius corrupti quia sanguinis tunc mel rosatum solum prius apponi donec illa nigredo que est in ... vel aliquis alius ... sit removenda. Et ideo dixit auctor et si nigredo appareat super velamen et est fortasse in eo quod apparet de ipso et non est nocivus et fortasse cause eius sunt medicine tunc circa ipsam cum melle rosato ... cum ... mell. ros. donec removeatur nigredo. Et si videris illam nigredinem posse removeri tunc argumentas panniculum fore putrefactum quem tunc debes fugere. Et ideo dixit auctor. Si nigredo fuerit confirmata tunc fuge. Et videas diligenter quod si fractura fuerit in aliquo loco a quo sanies non possit libere exire tunc consilium meum est ut apponas medicinas. apponatur spongia et balneetur in vino stiptico et expressa et leviter apponatur ne duram matrem impediatur et hec spongia est causa attractionis ipsius saniei et propter tunc ipsa non imbibet versus partes cerebri quia propter ... opere tua ... vulnerii ... a quibus sanies non libere exit et in pluribus mortui sunt propter imbibitionem ipsius saniei ... partes interiores cerebri et hoc totum sum expertus. Tunc ergo imbibatur spongia tali modo apponatur. Deinde consequenter in ... ponatur totum et in circumferentiis ponantur fila cum digestivo quia ne ipsa labia mortificentur. Deinde ponatur pecia desuper infusa in oleo rosato. Deinde ligetur ligatura levi ne panniculi comprimantur et ideo dixit auctor. Administretur desuper ligaturam latam et non stringas ipsam nisi cum ... quod teneat pannos tantum. Alii timentes de compressione pannorum et liganimibus apponunt post appositionem medicinarum ... et firmant eam ex utroque latere super os et tunc ista prohibet compressionem panniculorum. Hoc toto completo medicine capitales apponantur. Et auctor dicit quod sunt yreos farina orobi et minium olibanum aristologia et cortices radicum apposita mirra sarcocolla sang. dra. et omnes exsiccantes sine morsicatione. Et subdit curetur

curatione ulcerum. Cum ergo fueris securus de apostemate tunc medicine capitales apponantur pulveres capitales secundum Ga. sunt isti. Recipe yreos ... farine orobi thuris minutum aristologie corticis radicis papaveris et appone super duram matrem. Rogerius vero huic pulveri addit mirram sarcocollam et sanguinem draconis. Alii vero ut Guil. et Lanfrancus illi pulveri addunt mirtillos et nucem cipressi. Alius pulvis Recipe mirre thuris draganti gummi arabici ana ℥ i. sanguinis draconis farine orobi mirtillorum ana ʒ ii. fiat pulvis ... et in estate melior est aliis. Certum est quod ex istis pulveribus potest unguentum fieri et addas rasinam et iste est modus. ponas oleum quod vis ad ignem et ceram et rasinam secundum quantitatem et dissolve et deinde pulveres apponantur et fit unguentum. Emplastrum quod desuper apponitur hemina de betonica ... sive bettonica sive plantaginis sive apii colatorum ana lb. i. coquatur et postea usque ad consumptionem olei addatur terbentina et fit emplastrum. Aliud de centaurea Guidonis. Recipe centaurie minoris ana ... temperetur per diem noctem in vino albo deinde coquatur ad consumptionem medietatis deinde coletur et colatura bulliat usque ad mellis spissitudinem de quo accipias ℥ i. lacte mulieris ℥ ii. terbentine lb. i. cere nove ℥ i. et fit emplastrum et mirabile ... et ista sunt experta. Unguentum marsilium loco unius istorum pulverum alii tamen utuntur unguento marsilium quod sic fit. Recipe matrisilvam recentem et fac ipsam bulliri in vino usque ad medietatem et deinde coletur et in ista colatura addatur oleum et cera et bulliat usque ad consumptionem vini et pone ipsam super duram matrem generat multum carnem. Alii alii utuntur unguento de gummi elemi quod composuit petrus de ebano et pommum sic dictum est. Aut ponas super petiam magnam cooperientem totum desuper autem apponas aut unguentum ... aut basilicon secundum etatem et complexionem. Si autem caro mala generatur super duram matrem removeatur ut dicit rogerius cum pulvere hermodactilorum aut cum pulvere hermodactilorum et alumine combusto simul mixtis. Alii removent eam cum unguento apostolorum et sic erit ipsam multorum consuetum removere cum unguento viridi. Et hoc parto consolidetur locus cum ... maiori vel minori ut tibi libet. Si accidat ut fractura ... tunc consilium Ga. est ut curetur ut iam dictum est. Et quia istum casum habeo per manibus modo cum quo feci et facio narrabo vobis in ... una que sic se habet quod ... quedam cecidit de alto et percussit cum puncta caput istius et bregma craneum fuit aliqualiter contusum et scissum et ... scissum est et tactus illud iam indicat. Primo ... fiant evacuationes cum pillulis de yera vel cochie et alie diversiones fiant sicut enim clisteribus ... suppositoriis et ventosis et hoc totum fit ut elongetur materia a loco ... cuius non cumulat dolor nec locus apostematur et hoc sentit bene auctor in 3° in c°. de scissa ex percussione et tale sermone posuit et bonum est hoc secundum emplastrum quod queritur est hoc Recipe pulveris rosarum pulveris balaustiarum cipressi calamenti ... lentium ... melliloti ana ℥ s. bolus ar. mirab. ana confundantur cum vino et addatur oleum rosatum et oleum de liliis ... emplastrum et da ei in potu siccatorum cum aqua et decoctione ... Aliud quod ... Recipe foliorum mirti balaustiarum corticum granatorum ana ℥ i. coquantur in vino et ipsius pistatorum addantur aliquid musci galle ... et in modum emplastri capiti apponas et erit ... valde. Contra omnes fuerit securus de apostemate et tunc illud emplastrum quod materiam illam exsiccat et non permittit eam ad cerebrum penetrare et si essemus certi quod humiditas aliqua non penetraret ad substantiam cerebri nos non removeremus ipsum os. Sed quia timemus de humiditate illa quod ipsa non penetret ad substantiam cerebri hinc est quod removemus ipsum os. Si tamen fissura est parva valde contingens est ipsam posse curari sine remotione et de facto sic est et multi antiquorum sic fecerunt ut probabitur et ... et divisione ...

humiditatem illam resoluens cum emplastris cuius vna fortis talis est
et tunc nullus timor est de nocumento cerebri humiditatis non
currentis ad locum illum. Recipe baccarum lauri cimini ana
sal' mastices thuris atque ebellanum (?) furfuris ana coquantur
cum vino et apponatur et hoc multis mihi placuit et aliis
placuit. Continue cum fuerit securus de mundificatione ossis tunc
incarnes cum vel ressperes secundum necessitatem quam videris
et cooperies ipsum carne modo dicto in aliis tractatibus et
non recapitulabo et omnia illa sunt expressa in parua fissura
facta ex contusione de incisione cranei cum ense vel sa
gitta multociens accidit vt cranium scindatur cum ense vel
sagitta quare primo videas si foramen latum sit quod possit ipsa
sanies exire vel non si sic sequeris cum prohibentibus apostema
et dolorem modo dicto supra et mundificans et incarnans etc
modo dicto Et si aliqua pars ossis que frustra aliqua illic fue
rint remoueas cum lenticula vel alio instrumento Si autem
modo quod fissura sit ita parua quod non possit fieri operatio tunc
debes facere vt dictum est quod scindas locum secundum crucem vel
aliter quod secundum figuram triangularem et remoueatur os
in parte declinori vt sanies possit exire et postea procedes
sequens in opere ita vt dictum est supra Si modo accidat
vt quis vulneratus fuerit cum sagitta considera primo locum
perforationis et etiam infixionem sagitte si locus fuerit in supe
rius vel infra non timeas quod non est timor de cerebro
vel alia via mundi debes os remouere quod cerebrum non
attingit usque ad locum illum Et Rogerius dicit Cum fractura
ossium capitis aliorum ossium difficilior est quoniam omnia ossa
capitis franguntur et proprie vehementer non restaurantur
Si necesse est quod extrahatur secundum continuitatem fracture vt virus egre
diatur ne cerebro inferat lesionem quod ergo cerebrum
non attingat vsque ad illam partem non est necesse ipsum os
remouere ab illo loco vt predictum est Considerans quando infixionem
sagitte si ipsa sit infixa super superficiem periculum est et vi
deas bene si penetrauerit cranium aut si non penetrauerit
perpendas ex ferro bene estimando Primo autem quod remoueas
sagittam abstinens capillos postea dillata vulnus cum
rasorio vt sagitta exeat ne in extractione sagitte causetur
dolor in lacertis et musculis et neruis etc propter hoc
dilatetur ante extractionem eius extracta sagitta procedat
medicus cum floria et sanificatione secundum quod sibi videtur debere
et fortificatione et cum clisteri et cum exercitationibus extrinsecis
et intrinsecis et in infusionibus et aliis rebus et fiat vt dictum
est in omnibus in capitulo predicto Si vero usque ad profundum cra
nei penetrauerit perpendas ex sagitta et etiam quod in illo casu
aliena. Consideres in hoc casu extractionem sagitte cum
cerebrum fuerit lesum et non quod spiritus qui sunt in cerebro per
tunc exalant et calor naturalis deficit et per consequens sincopis et mors
et ille modo moritur Si videris quod alienatus dimittas
sagittam vsque ad finem vite Si videris ipsum loqui et bone
memorie tunc remoueantur capilli et inscidatur cutis et ex
trahatur sagitta et molliatur membrum cum oleo et fiat
floria de cephalica partis opposite et extracta sagitta emplastretur
locus cum penna infusa oleo rosarum et melle mixtis et
ponantur aliqui pecie inter duram matrem et cranium ne ex
motu cerebri panniculi eius fracturam cranei exeat et
ex contactu punctum asperarum ossis lesi inde panniculi ledantur
et ne etiam ex contactu illo panniculi aperiantur que aperire possunt
esse in futuro causa mortis Ego autem de primo dico
vidi vnum de placentia cuius nomen erat anthonius qui
cum sagitta fuit vulneratus inter duo supercilia ex opposito
nasi et intrauit sagitta ad quantitatem quatuor digitorum et
breuiter in paucis diebus ad sanitatem peruenit modo quo
dictum est supra et non mirum quod sagitta penetrauit infra
cranium De secundo dicto vidi alium et theutonicum erat
iuuenis .20. annorum et erat cum sociis suis et socii sa
gittabant et breuiter vna exiuit sagitta de baliste
et percussit istum in capite retro et breuiter ille cecidit ad
terram et numquam locutus est et ego autem videns hoc dimisi eum
et nolui sagittam extrahere et in tribus diebus mortuus est
Et hoc de fractura cranei secundum modernos et quantum opinionis
sit dictum Restat modo in hac parte ponere discordias de
modo operandi inventas inter doctores famosos de fractura
cranei In hoc multe discordantie arguunt difficultatem
curationis Nam isti doctores scilicet G. paulus qui alii narrant ab auicenna et in
uenitur cirurgia sua auicenna albucasis rogerius lamerius brunus
Guillelmus de salicetu videntur indifferenter in omnibus operari discoopire
trepanare rasspando ossa ipsius capitis cum instrumentis fer
reis procedere debere Et isti tales fundant se super illo communi
quod est necesse detegere et rasspare ipsum os vt virulentia
que infra cranium continuatur conuenienter possit mundificari et
desiccari et istum modum operis insequitur et moderni etc
omnes insequuntur hunc modum Alius est modus operandi a
horum antiquorum qui curabant fracturas istas cum emplastris
et isti fuerunt anselinus de ianua alii paduani et alii
bononienses et Guillelmus de varignana et fere omnes gallici et
anglici procedunt incarnando et consolidando cum suis emplastris
et potionibus et bono vino et ligatura fundantes se
super illo communi quod si possumus saniem sine ossium expulsione
expellere esset melius quod facere possumus cum medicinis proprie
quod secundum modum illum non contrahitur sanies sicut secundum modum
aliorum quoniam inhibetur sanies et contractio ipsius Et per po
sitionem probatur tunc sic remotio ossis et eleuatio eius raro
fit propter aliud nisi vt virus et sanies bene mundificentur
et non aggregetur sub panniculo etiam inter particulas fracti ossis
tunc si timor non esset de hoc non procederent cum detectione
et eleuatione ossis vt dicunt isti de prima opinione Item arguunt
modo sic multe sunt res que habent virtutem vehementem attra
hendi ad exteriora non solum humiditatem et virulentiam
ymmo etiam habent virtutem attrahendi frustra ossium descissa que
remanent in vulneribus vt dictum est in capitulo proprio ex quibus
potest fieri sufficiens mundificatio et exsiccatio virus sine alia
detectione particule ossis Item arguitur sic 2o hectum in 3o particula
aphorismorum et in quarta illius aphorismi quibuscumque in vertice et ven
tre dicitur in quarta quod forti virtuti nihil resistit in expul
sione quod dato quod materia sit grossa et vie sint stricte vi
demus .n. quod materia aparis que est grossa transmittitur ad vnum
locum deriuatum ossa etiam corrupta expelluntur et etiam materia
que in concauo pectoris vt in pleuresi imbibitur in substantiam pul
monis expellitur per os hoc totum fit ex fortitudine virtutis
Videmus etiam in fracturis ossium quod sanguis qui egre
ditur ab eis et collocatur inter carnem et ipsum os a natura
consumitur et expellitur Si ergo ex opere nature ista fiunt
multo fortius poterit virus et humiditas que in vulnere in frac
tura cranei mundificari ad exteriora absque eleuatione et de
tectione ossis et particule eius et proprie cum fiet adiutorium
ab emplastris que virtutem habent vehementer attrahendi et cetera ergo ad
exteriora que tale vulnus conuenit cum emplastris curari
potest sicut dixerunt isti et fecerunt Emplastrum conueniens
secundum istos mirabile in fractura capitis cum contusione ossis
et debes ponere hoc emplastrum inter duas pennas et applicari
toti capiti ita tamen quod ubi videatur maior contusio ibi cum
nouacula prius fiat profunda incisio vt quod per emplastrum
attrahatur locum respirantem inueniat cuius hec est recep
ta Recipe baccarum lauri bauraci rubei sal' armoniaci aristologie
ro. radicis cucumeris asinini galbani albotim xilobalsami
omnium ana drachmam x. adipis caprini. ii. cere olei de
lilio quantum sufficit ad conglutinandum medicinam terantur
mediante sero et ebulliantur et fricentur vnctis manibus
fricans cum cera oleo de lilio fiat vt cum pinnota fuerit
omnia bene resoluatur Quando autem alii medicorum addiderunt
huic operi in fracturis mirabilibus cranei et in omnibus
etiam operibus eius ossis brachii et cruris huius mortui le
ana aureum x. scabiosi aureum 9. et isti tales dicunt hoc emplastrum mia.

fugit enim hoc emplastrum ubi necesse est et stringit quod necesse est egredi et extrahit ossa corrupta et furfulas et telas et spumas in fixuras mollificatur nam praemisso suo mollificativo in pus et confert ad sigillationem vulnerum et coniunctionem membrorum. Et hoc quod dictum sunt aut intelligunt apud nos et apud alios. Et sunt praemissa curationis modo quaestionis. Pono quod iste dixit esse mirabile in vulneribus capitis et colli que sunt ab umbilico supra. Istud est. Recipe opii caroe ℥ i. ʒ ʒ. albi ℥ s. melegete ʒ i. garyofili .x. piperis cum granis. iiij. ova terantur et ebulliant et fiant in lb. iiij. optimi vini albi ponatur mellis lb. i. et cum modico ipsius vini bulliat et cum bullierit tollatur et de pulvere predicto in tantum quantum mixta est eidem quod non sit nimis forte si sit bonum sapidum et delectabile. Ad bibendum postea vini vel residuum cum speciebus et melle imponatur et plurimum agitetur donec non clarificetur per colatorium distillatum. Iste etiam ponit unum pulverem quod cum hac potione debet dari infirmo et est Recipe pimpinelle valeriane garyofilate gentiane folii pipinelle et pilosellae ana. iij. preter de gentiana de qua accipiatur tantum quantum de duabus aliis herbis aut quantum de omnibus. Fiat gradus ex hoc pulvere libris pondus et radicum exsiccatur. Modus ministrationis huius pulveris cum potione est iste. Accipe de hoc pulvere quantum cum tribus digitis capere potes et pone in predicta potione clarificata sigillo crucis plus faciens super potionem qualibet vice et dicas in nomine patris et filii et spiritus sancti amen ter in nomine sancte et individue trinitatis amen. Dextera domini fecit virtutem dextera domini exaltavit me dextera domini fecit virtutem non moriar sed vivam et narrabo opera domini. Castigans castigavit me dominus et morti non tradidit me. Postea tu facias orationem devotam ad deum ut cum predicto pulvere sanet infirmum. Et ita mixto pulvere cum potione sic infirmo exhibeas nullo modo predicte die semel necnon et si 2ª vel amplius quam vocatum in mane cum infirmus comedere vel bibere voluerit primo dare sibi cratem unam plenam dicte potionis cum pulvere. Aliam dare in meridie aliam in sero cum cenare voluerit. Et sic dare tres crateres plenos omni die omnibus diebus semper autem cum addatur pomi dicte omnes predictas et ubi si. Si igitur contingat infirmum hanc potionem bene tenere et non reicere scias quod cum predicto auxilio bene sanabitur. Si igitur reiciat illam tunc tua dixe fidelis quod desperes de ipso. Non autem si semel vel bis illam reiciat. Verum quandocumque et quotiens illam reiciat cum omni auxilio cyrurgico sed incisione et aliis iuvetur pro posse et cibis. Et ista est vinum magistri Guillelmi de Varignana. Multi alii antiqui ut Rogerius et quatuor magistri in fractura cranei et in omnibus vulneribus in diete approximabunt succum aut decoctionem istarum herbarum rubee maioris consolide maioris et minoris plantaginis canabis caulis rubei herbe rubbertin pedis columbini grossi linguae canis pipinelle pilosellae ana et ex omnibus istis fiat succus et decoctionem aut decoctio eius facta cum melle aqua et vino quantum sufficit et desuper ponebant folium caulis rubei de mane et sero ligabant. Et consueverunt tales magistri dicere quod si potio illa evomitur malum signum est et si retinetur bonum est et exit talis qualis fuit per vulnus et iudicio meo ita adiuvat casdem. Quia Theodoricus et Henricus etiam in fractura cranei potiones dant sed illa emplastra sunt. Dico tamen quod Galenus et aliorum nullibi hoc dixit licet locus ab auctoritate negativa non teneat. Et quod illa via est probabilis ut declarant rationes et experimenta istorum possibile curande fracturas cranei sine remotione et detectione ossis. Dico tamen quod illa via in pluribus non sufficit. Et via alia scilicet Galeni et antiquorum est tutior. Et quod predicta possibilia sit possibile declaratur. Nam in illa cura [illegible] tamen intentio in primis est ne illa humiditas aggregetur inter partes ossis scissi nec etiam aggregetur sub osse quod super panniculum et ibi detineatur et putrefiat. Argumentum modo sic est possibile illam hominem esse bonorum humorum non solum in [illegible] [illegible] et [illegible] attractio humoris ad locum et cum hoc virtus expulsiva est fortis et cum [illegible] humores attrahentes humiditatem ad exteriorem ponitur et huius exitus erit parum quod cura est possibilis. Quod quando non sufficiat declaratur possibile est magis fore in [illegible]


et humores prave esse male in corpore ipso. Propter eius si emplastra ponantur super locum fiat attractio materie ad locum per quam attractionem sequitur mors. Contingit et sequitur apoplexia unde ut patet. Docet in pluribus approximare oleum rosaceum. Et sic stat os forte tantum quantum stant etiam ipsis forte compressum super duram matrem. Stat etiam forte infixam et ratione cuius aliter necesse ipsum removere. Quomodo posito illa non est sufficiens. Quamvis tamen isti magistri viderunt aliquos et forsitan multos liberari tradiderunt illud sufficere in omnibus quod non est verum. Sed isti nesciunt distinguere vulnera capitis et ideo nesciunt videre ubi emplastra conveniunt et multos aliquando interficiunt. Propositum autem ita et antiquorum est tutior. Scilicet detegere et removere ipsum os quoniam illa via salutifera est in omnibus fracturis alia autem via non.

Aliqui alii magistri ut Henricus et Theodoricus et Lanfrancus viam mediam tenent. Et licet isti viam mediam tenere dicuntur tamen Theodoricus incarnat fracturam cranei cum potione et vino et stuppis. Henricus sine potione cum emplastris. Ambo isti magistri in antiquis fracturis preparant et elevant. Lanfrancus qui inter omnes doctores et magistros melius dixit. Et huic credo quod in hoc casu debemus procedere incarnationem cum licinijs intinctis in oleo rosaceo scilicet in duabus partibus olei et una mellis. Postea procedere cum mundificativo et cum pulvere capitali exemplo tamen doctor ille et magister singulares duos casus in quibus non incarnat. Primus casus est ubi os dicitur esse depressum vel in contusione. Secundus casus est ubi os premit et pungit duram matrem fundat etiam se iste doctor in fundamentum istarum per nostrum. Primo in isto casu scilicet debemus os removere quia humor qui illic multiplicatur melius exeunt detecto osse et continuatio melius curatur. Si est infixum timor est de apostemate ratione cuius est melius removere ut breviter dicam si os est depressum premit ipsum cerebrum et pluribus etiam ipsum augetur quia ipsum cerebrum augetur et magnificatur in plenilunio. 3º de creticis quia sequitur apostema vel dolor deinde apostema deinde mors. Si os non premit aut non sit infixum non debemus removere quia quod in remotione eius cum ferro potest causari dolor et per consequens apostema et multa accidentia. Alia quod mala applicatio ferri etiam mala applicatio rerum quia potest esse nimis frigida aut mala applicatio aeris quod nihil peius ratione cuius melius est procedere sine detectione. Et iudicio meo iste modus huius viri est valde bonus et tutus etiam. Et hic non est aliud dicere nisi quod in scissura aliqua non debemus ipsum os removere propter causam a me assignatam ab eo per prius sed potius ipsum cum prius purgari et humiditas illas removere cum emplastris et potionibus et hoc satis operatus ut dictum est cuius tamen oppositum dixit magister noster ut Galenus et Avicenna et Paulus qui dixit in scissura debemus ipsum os removere. Et pro modo illo et receptis remittas ad capitulum mutilationis de vulnere cum contusione et prava fractura. Et vide illic quid faciendum est in primo die sed et esse stare ab apostemate deinde quid faciendum in aliis temporibus. Quod tamen ex dictis istorum dimittatur sententia tantorum virorum est malum sebitur eis in de alimento primo in usu esse vini pro aliis crede sine remedio. Et habebas dixit in 2º sermone parte 2ª dispensationis regalis. Summus est tamen inventor quod novus experimentator sit experiendo eius medicinas in corporibus hominum periculum imminet atque et in periculis certior color et probabilior via est tenenda et propter hoc auxiliante rerum omnium opifice non discedemus ab opinione Galeni quod ista fuit prima Ypocratis ut ipse in 6º terapeutice testatur dicens quod in ipsis vulneribus que in capite fiunt scriptus est liber integer ab Ypocrate et dicit etiam quod eis gerere in eis. Et si prolongaverimus sermonem in hoc non miremini quia necesse est quod ubi magis imminet periculum cautius et multo longius est attendendum. Opinioni tamen Lanfranci magistri excellentissimi adhereo.

Postquam facta est mentio de cura fracture cranei Restat nos facere mentionem de uno accidente quod aduenit in fractura cranei scilicet de remotione apostematis duremniris et quia signa posita sunt supra ideo non replico Cause illius apostematis secundum auicennam sunt iste Prima potest esse aliqua pars ossis pungens ipsum panniculum rationem cuius cauatur dolor et generatur apostema 2a potest esse aggrauatio rerum que ponuntur super cerebrum et cum hoc ligatura stricta nimis 3a causa potest esse frigus quod est inimicum eius et omnibus membris neruosis 4ta causa potest esse multitudo cibi aut etiam nimia potatio que illa nimis replent cerebrum ratione cuius causatur dolor et apostema Alie sunt cause intrinsece ut repletio nimia humorum peccantium solo quanto aut cacochimia que in corpore illo reperitur et mala complexio existens in loco Cura ergo consistit in duobus in remotione cause et remotione morbi Et ideo gal. dicit 3o regimenti unaquaque cum oportet primo abscindere causam. Primo ergo si causa fuerit extrinseca ubi grossum frustum ossis debes ipsum remouere Aut si fuerit aliqua ex causis dictis reparatis remoueas et ideo dixit auicenna Et si causa fuerit apostematis calidi est mundificatiue tunc oportet ut abscindas alias causas uelociter 2o quod si causa fuerit intrinseca que corporalis tunc remoueas eam cum flebotomia nisi aliquid impediat te scilicet debemus debes corpus purgare secundum quod tibi uidetur demum subtilia regimen quod intendit alia hoc volendum est et sic expressum Et nota quod auicenna dicit solum de flebotomia et non dixit de alia purgatione quare quia sanguis est in maiori quantitate omni aliorum humorum et magis fluxibilis Et etiam per flebotomiam ceteri humores euacuantur et ideo dixit et fiat flebotomia Et totum hoc inde auicenna cum dixit et si causa fuerit occulta tunc studeas in remotione eius et flebotomiam administra si non sit aliquid prohibens Ad hoc a minutione cibi Hoc completo ad localia deuenias et primo quando materia est in fluxu administrentur ea que uirtutem habent infrigidatiuam et repercussiuam et cum hoc habeant uirtutem aliqualem mitigatiuam ut oleum rosarum Et ideo dixit auicenna Et regimen quod conuenit apostematibus calidis est sic embrocatio cum oleo Et autem materia fuerit in fluxu et propter fluxa debes administrare que habent uirtutem resolutiuam et sunt mollificatiua et mitigatiua doloris sicut est aqua in qua decocta sit altea fenugrecum et semen lini administratio adipis galline uel quod inungatur caput et collum et spondiles dorsi et non solum admittat circa partes capitis ymo circa totum et in aure oportet distillare aliquod ex oleis que calefaciunt et ebullitionem sedant ut oleum ros. et oleum uiol. et hoc totum dixit auicenna cum dixit Aut aqua in qua bullita sunt altea et fenugrecum semen lini et camomilla et silla et administra emplastrum factum ex farina etc. Et si apostema calidum perseuerat et non sit aliquid prohibens debes dare medicinam solutiuam semel Et ideo quod primo fuerit flebotomia 2o solutiua est hec

Primo fuerit flebotomia quia flebotomia euacuat humores dum sunt in motu et ideo nos debemus primo facere flebotomiam Solutio uentris euacuat humores dum sunt fluxibiles et hinc est quod in processu fiat flebotomia etiam cum solutiua ut materia que est in loco euacuetur Et ideo dixit auicenna quod si apostema calidum perseuerat et non est aliquid quod prohibeat sume medicinam solutiuam solitas semel et fiat illud nam diuinus ypo. precepit.

Explicit feliciter liber primus practice cyrurgie magistri petri de argillata deo gratias.



Postquam est facta mentio de apostematibus
et extimis vulneribus et de nervis
et de fractura cranei secundum Avicennam
Restat modo facere mentionem de aliis
apostematibus de quibus Avicenna non fecit men-
tionem in 4° quod superius sunt demon-
strata. Dico ergo quod licet apostema sit tumor preter naturam fac-
tus vitio humorum ut dixit Avicenna 2ª primi. Apostema etiam
est repletio porositatis membrorum consimilium facta
contra naturam. Et illa diffinitio apostematis est bona et cla-
ra considerantibus. Triplicem ergo modum curationis
meretur ipsum apostema. Et sicut oportet quod per repulsum eius
quod fluit ad membrum fiat sanatio et prohibitio ne fiat
apostema et hoc ut plurimum cum frigidis et stipticis fit.
licet in apostemate frigido cum calidis stipticis possimus facere.
Curantur 2° apostemata per resolutionem eius quod de-
fluit quod quidem per sicca complebitur, calida autem ut
in pluribus. 3° curantur apostemata ad maturationem
cum illa ad ultimis devenire oportet. Hoc ergo calle pro-
cedens ad expressionem conceptus. Dico quod in omni
apostemate a principio competunt repercussiva que expellunt
materiam et fieri apostema non permittunt. preterquam in casibus
conditionatis in primo libro et conditionandis. Peri-
culum etenim est in illis casibus materiam retropellere ut est
et erit videre considerantibus. Cum ergo apostema est in suo aug-
mento tunc repercussiva cum suis resolutivis sunt
mixta. In statu vero sunt meliora resolutiva. In
declinatione resolutiva fortiora sunt, sicut et causam
videbis infra Deo dante. Quare ergo fratres dilectissimi
cautis auxilia distinguite non nimis circa tempora apostematum
tamen quod circa diversitates ipsorum. Et istum modum habuistis
directe in libro primo tractatu de apostematibus et illic vide-
te capitulas et videbitis quod verum est.

Postquam primus sermo utilis completus est, Restat
modo 2° facere mentionem de hiis que prohibent
ipsum apostema in principio. Et sermo meus in hoc erit
... Et de hoc multi doctores et ingenii scripserunt in locis
diversis diversa. Primo ergo dixit Avicenna nil detumescere facit
apostemata et confert apostematibus duris et malis in membris.
Et ultra confert omni apostemati in principio et forti et simplici
et administratur cum farina ordei super ea. Et Ypo. dixit
folia iusquiami et cataplasmate adhibita omnes ... tu-
mores prohibent maxime cum polenta mixta et farina.
Et possumus intelligere cum farina ordei. Et dixit etiam quod
rubus canis, scilicet folia eius apostemata coarctat. Et Bar. de
Varignana dixit quod semen misceat acetum et ...o. Dixit
etiam Dias. quod folia mandragore viridia cum polenta
emplastrata in omni apostemate sunt presidium singulare. D...
etiam ille dixit quod paritaria omnes tumores compescat et hoc
est in eorum principio. Et hoc est quia ipsa secundum Gal. et Dia. est
frigida et stiptica. Et vide de qua paritaria loquitur quia
de communi non loquitur. Et Habalas dixit de herba tribuli
dicit sic: prodest per fluxum materie ad membra et adhuc
tamen apostematis prodest. Sed Apuleus dixit sic absolute
tribuli impositum omnem tumorem spargit. Et Gal. dixit
radix spine albe cataplasmata tumores contrahit.
aliqui veteres dixerunt quod aqua decoctionis spine formi-
carum omnem tumorem compescat. Et Dia. dixit radix ...
tumores spargit. Et Sapio dixit condisi quoniam co-

cum farina ordei et vino curat et resolvit apostemata
in eorum principio quoniam fit inde emplastrum. Multa particu-
laria dicta sunt supra.

Sermo tertius utilis apostematibus post principium vel
quoniam iam confirmata. in quibus temporibus indiget
resolutione et stipticitate vel sola resolutione ut
declaratum fuit per textum. ... in ...
in 7° de meta domestica propter huiusmodi ergo complexionis
herbe quedam continent apostemata cum farina ordeacea su-
perponunt quod calamentum hoc facere nequit eo quod vehe-
mentius calefacit. Illa verba sunt Gal. ad litteram.
Et dixit etiam Gal. in eodem libro et yposphagma, id est livor
sanguinis sub oculo, melius est autem in vino decoque-
re et cataplasmare ipsum et inde magis quod siccum est
melius. Guil. de Varignana dixit ciminum etiam cum
... et aceto cocta et emplastrata omnes spargit tumo-
res. ... etiam sic dixit et triticum masticatum ...
... botoribus sive ordiolis apponitur consimi-
le enim ipsum quod digerit velociter. Sed si infundatur in
aqua non confert. Similiter pala ergo et salivas sibi mit-
ti iuvamentum prestat. Mollibus autem et pueris
panem sibi apponunt. Consimile enim ... sicut triticum
masticatum et yposphagma sive humores oculorum et ab
os extrinsecos humores. Et hanc simul consimiliter
alkis. Dixit ... in ... de butiro facto ex
lacte vaccino quod ipsum est digestivum et laxative
potentie. Ideirco utimur eo in bubonibus et aliis
locis. Dias. dixit scordion maxime coctum forme
... facta omnem tumorem et dolorem loci tollit et
ossis fracti. Et dixit etiam de radice satirionis et
proprie de illa que sicca vocatur quod cataplasmate
adhibita tumores compescat. Dixit etiam radices
cuiuslibet lapacii apostemata in mento nata excludunt.
Et dixit etiam Dias. folia pini trita et cataplasmata
adhibita tumores spargunt. Etiam dixit folia lau-
ri cum ... aut polente misceantur omnes tumo-
res spargunt. Et Bar. de Varignana dixit de hoc quod
misceatur in frigidis corporibus cum medulla panis fru-
menti vel fermenti. Et in calidis cum ptisana. Adiu-
vat enim ad subtiliandum et resolvendum apostemata et
proprie fomentum et maxime illa que sunt in infe-
rioribus corporis. Amp. dixit Dias. folia roris
marini apposita curant. Et dixit etiam folia
ebuli et sambuci apostemata spargunt. Idem dixit
de foliis bulbi vomici de eis cataplasmata adhibita
tumorem spargunt. Et dixit iterum quod sit mixtum cum
aceto et axungia veteri. Et dixit Dias. etiam
succus mente sumptus sermo ... permixtus
apostematibus confert. Item voluit quod pollines frumen-
ti cum melle cocte tumores spargunt. Et similiter fur-
fur subtile cum farina eius. Et dixit iterum farina
frumenti impositum tumores omnes compescat. Et cum ru-
ta coctus tumores spargit. Vult etiam quod fermentum
frumenti tumores plantarum spargit pustulas
corporis minute emendat. Et dixit iterum pollente
ordei cruda accepta et aceto imposita tumores
spargit cum mellilolo et papavere imposita infla-
tionibus prodest. Et maxime si fuit cocta cum fene-
lino et ruta et fenugreco. Et dixit etiam semen
ozimi cum polenta et oleo ro. cataplasmate adhibi-
ta cum aceto modico modico tumoribus opitulat

Et secundum quosdam alios veteres tollit humores [illegible]
frios et calidos etiam in principio Ozimum granum
latum et semen etiam [illegible] cum tepidat cum pollenta
et oleo et supponitur ¶ Item dixit amomum cum
de cataplasmate adhibitum et commixtum sedat ¶
Et dixit etiam de pomis tumores atque livores
ex aqua cocta et cum assungia trita compescunt Et for
te loquitur de foliis etiam forte fatuum poma austro
hor ¶ Mar dixit quod idem possunt cortices pomi
arboris mali Item dixit quod adeps positus aut
mixtus cum cinere aut calce tumorem tumorem
tollit et sit porcina adeps Et dixit etiam quod casei
bubulus coagulatus [illegible] tumoribus medetur suppo
situs et maxime oculis ¶ Et serapio dixit quod
de radice vitis albe cum rob fit emplastrum resolvit
apostemata et aperit ea in quibus est sanies et hoc
est verum et probatum ¶ Et dixit etiam folia porros
habentes florem croceum vel album conferunt tu[m]
exitus i. apostematibus quando sunt in augmento et oportet
quod decoquantur cum rob vel vino et fiat inde emplastrum
antequam maturet Et idem possunt folia narasci
secundum bartho Et dixit etiam [illegible] quando
masticat frumentum et ponit super apostemata rusticorum
mollibus sufficit sola saliva cum masticatione pa
nis Et dixit item quando fit emplastrum cum sumach et
aqua prohibet apostemata que accidunt a percussione
sive a casu et prohibet viriditatem que provenit
inde et excoriationem que fit a scalpellatione in
cute Et decoctio eius quando ponitur super extremitates
prohibet apostemationem earum Et item dixit quando liniuntur
cum stercore bovis herbam suam comedentis membra
apostemati confert eis Et item dixit stercus ca
nis comedentis ossa permixtum cum medicinis reso
lutivis et confert iuvamento magno Et idem
dixit alkaki Et multi etiam dicunt quod sanguis
edi anseris et anatis conferunt apostematibus Et [illegible]
etiam quod ius ranarum elixatarum collige[illegible] est conveni
ens apostematibus annguus que sunt in dorso et corde
prohibentur super ea Vult etiam quod quando folia pini te
runtur et pone mororis et fit emplastrum sedat apostematis
dolorem ¶ Almes dixit calamus aromaticus resolvit
apostemata Dixit etiam quod super [illegible] emplastrum
[illegible] cafano et aceto [illegible] ¶ [illegible]
nicum prohibet apostemata et carbunculos sedat Vult
etiam quod decoctio calcane confert apostematibus cali
dis et frigidis et fleumatis propter suam exsiccationem
Et dixit etiam cimsum confert tumoribus et apostema
tibus extremitatum Et dixit etiam crocus resolvit
apostemata et linitur cum erisipila Et dixit etiam fex
vini non adhusta est bona inflationi sola et cum
mirto etiam valet Item dixit ova ponuntur in
emplastris apostematum ¶ Constantinus dixit malva in
vino cocta scrofulas et apostemata et tumores
mamillarum curat · Maiorana tumores etiam
omnes corporis et oculorum cataplasmate adhibita
spargit cum polenta imposita maxime Et urtica
vel semen eius ad omnia apostemata vel pustulas
cum aqua pluviali imposita est singulare presidium
Et dixit etiam consolida minor assumpta et

in [illegible] positum et suppositum dolori et tumori
[illegible] et resolvit sine molestia apertum Et dixit
etiam nigella mixta cum [illegible] aut [illegible]
super scabiem aut impetiginem aut qualecumque [illegible]
pis [illegible] illud curat ¶ Apul. dixit [illegible]
[illegible] cum polenta [illegible] Et dixit
etiam folia viole purpuree et axungia porci pon
dere contusa tumores et omnes collectiones dissolvit
Et secundum plures veteres viola alba sive radix eius
quando flos non possit haberi cum melle mixta et sup
posita omnes tumores tollit et pustulas [illegible]
Et dixit etiam herba [illegible] albi tonsa cum ster
